



Nobili Amplissimoq; Viro,
Du. Godfrido Scilling, Senatori. etc.

Cum libellum hunc Epigram-
maticum Mercuratibus modo S.
Amici donandum, Witebergae
nuper prolo Sibitorem, eius
etiam T. A. exemplar, ob-
servantia documentum, mitto.

8 E 665^b Aitor.
No 83.
1. Novemb.

385. P. 1118. R. 38. f. 3.

EP
GRAMMATVM
FARRAGO.

ANDREÆ CALAGII
VRATISLAVI-
ENSIS.



VVITEBERGÆ

Ex officina Matthæi Velaci.

ANNO M. D. LXXXIII.

37327

Kat. Centr.

P A T R I Æ
L V Æ I N F E C T Æ

Anno Christi M. D. LXVIII.

Augusti III.

A Ere pestifero scuit dum Sirius ardor,
Et sine lege hominū dat gen9 omne neci:
Parsq; manet, numerum morientum au-
ctura, salutem

Pars autē sequitur maxima, fraude fuga:
Iussus ego, & dubius, quam fortuna relicta,
Te fugio, haud mortis, P A T R I Æ chara, metu:
Non etenim horrerem tibi dulcē impendere vitam,
Numine si Diuum res ita fortē ferat.
Ergō vale: tamen ingrediar quæcumq; precabor,
Ut grauis offensi transeat ira D E I.

V V I T E B E R G Æ.

HVe aduerto pedem, patrijs vagus exul ab oris,
Non scelere, aut furto, sed stimulante lue.
Ne metuar, superant morbi sine tabe parentes,
Ipsaq; cum gemina salua sorore domus.
Adde, quod ingenio minus infelicibus apto
Litisbus, Acnidum mitia sacra sequar.
Cur igitur non spontē meos miserata labores,
H. spatio pateas, vrbs prior Orbe mihi?

L E C T O R I.

CLara petita mihi est A C A D E M I A, tres vbi vi-
Complēram æstates, & tria lustra mea. (ta
A 2 Vnde

EPIGRAMMATVM

Vnde iuuentutis consultio habet acta libelli
 Pars prior, haud ullo perpolianda modo.
 Quando ultra nonum pressis iam longius annum,
 Non graue censura succubuisse foret.
 More Poëtarum, sint hæc prælusa remisso
 At limata suo posteriora stylo.

IN LAVRV

ALCIATI EMBLEMA.

M. IOHANNI POHVNEC.
 Bregensi.

HAud tantum meritas clarorum fortibus ausis
 Victorum decorant laurea ferta comas:
 Laurum etiam ingenio, simul & virtute merentur,
 Quos iuuat innupta Palladis arma sequi.
 Huc igitur rapido propera pede, quem vocat illa
 Sponte sua, huc cæpti dirige vela tui.
 Et cape tela celer, quæ porrigit, atq; per hostem
 Fortiter instando vig, manuq; rue.
 Quæ sint arma, rogas? calami, thecæq; libriq;
 Illos sapè mouens armiger acer eris.
 Hostis, quem bello superes, est tristis egestas,
 Hanc senior si vis vincere, vince puer.
 Quoq; tibi victum quæras grandæuus, id ipsum
 Disce, vrens atas donec & hora sint.

IN

FARRAGO.

IN AMOREM

Filiorum erga Parentes.

M. LAURENTIO AVFMPFERD
 Hamburgensi.

Sic quicumq; velit, primum cui tincta parentis
 Proh scelus, immaduit dextra cruore sui:
 Horridior fuit ille fera, peiorq; cuculo,
 Viscera qui rostro matris hiante vorat.
 Candida sic non est ingrata parentibus ales,
 Sed pressos æui pendere fert ad aquas.
 Quisquis es, exemplum volucris sectare, parentes
 Vig, decet, constans aduenerare tuos.
 Vnde, velut promissa sonant caelestia, vita
 Longior in terris hisce parata tibi est,

EPITAPHIVM

Filioli eiusdem.

Condidit exigua genitor LAURENTIVS vna,
 Mole sub hac nati membra pusilla sui.
 Qui Lunæ vix dum geminos compleuerat orbis,
 Cum vacua staret Parca sinistra colo.
 Inde patris mens agra dolet: quia paruulus infans,
 Et quia progenies mascula prima fuit.
 Ex qua, si victura foret, visuræq; lucem.
 Spem minimè dubiam cepit vterq; parens.

A 3

Qui

EPIGRAMMATVM

Qui memor, et sobolis geminato victus amore,
Erexit proprijs sumptibus istud opus.

EX LÆLIO CICE-

R O N I S.

HIERONYMO MUGENHOFER

Noribergensi.

Circumfer quacunq, velis tua lumina parte,
Spontè tuo lateri proximus heret amor.
Verus amor quocunq, loco non pellitur: haud est
Intempestiuus siue molestus, amor.
Non ergò tantùm flammis (vt fertur) et aura
Vimur, ac riuo limpidiore aqua:
In vita quantum iuuat indulgere tenori
Semper amicitia, certa q, vincula sequi.

EX I. OFFIC. CICER.

ALBERTO SPATZ NORIBERG.

SI quibus imperij contingunt frana, Platonis
Hac praecepta sibi summa tenenda putent.
Neglectis proprijs vt Ciues semper, et horum
Seruent atq, inuent commoda, quicquid agant.
Vid, sub ipsorum cura Respublica tota
Floreat, et possit pacis honore frui.
Ne dum pars eius solùm viget una Regentum
Praesidio, reliqua sint in honore minus.

IN

FARRAGO.

JNI. CAPVT JOSVÆ.

M. ALBERTO ISINDERO

Regiomont, Borussø.

Felix, qui Domini iussu consurgit in arma,
Hostibus obiectans fortia signa suis.
Namq, coërcebit magna virtute subactos,
Atq, triumphatis sub pede colla premet.
Casorum spolijs grauis exultabit, et hosti
Rapta manu, figet sacra trophæa DEO.
Talis Nunides pugna fortissima prabens
Pectora, multorum contudit arma Ducum.
Quisquis es, ô Princeps, aduersis hostibus offers
Qui caput, et satagis vincere, vince DEO.

JN RANAS OVIDII

SEBASTIANO MEYER

Suobacensi.

EGregiè ingenium moresq, Poëta proteruos
Denotat Agrestum significante typo.
Sæpè viatorem miserum qui limine duro
Orantem prohibent, et stipis era negant.
Vix vt ab implacidis communem fluminis baussum
Impetret adueniens Iuppiter ipse polo.
Illorum quoniam est talis natura, rogati
Vi magis inscuntur, despiciantq, preces.
In ranas igitur versi, finguntur amaro
Nunc sub aqua sub aqua dicere probra sono.

A 4

Sicut

EPIGRAMMATVM

Sicut enim putri gaudentes cespite rana,
Saltibus exercent stagna profunda suis :
Sic inuat Agrestes ad buxa canora rotari,
Crudaq; coniectis bella mouere scyphis.
Hos, nisi cauponas habitent, versentur et inter
Vreolos, quis non credat hiare siti?

OFFICIA ADOLE-

scantum ex 1. Offic. libro.

IOHANNI CERASINO

Transyluano.

Conuenit, et par est, ut primi temporis atas
Ora verendorum seruet honore Senum.
Equibus excerpas primos sibi, fidere quorum
Non tam consilio, quam grauitate queat.
Namq; iuuentutis si qua ignorantia restat,
Iudicio solum discutienda Senum est.
Præcipue verò primæui corporis anniq;
Illecebrarum ingens est adimendus amor.
Indè subignauis urgendus sapè, vigore
Corporis atq; animi sufficiente, labor.
Seruiat illorum ne tantum industria paci,
Sed quoq; militiæ forte gubernet opus.
Quin ubi defessos animos et membra relaxant,
Ingluuiem exosi, signa pudoris ament.
Quæ melius fiet, studijs erit omnibus illis
Turba senescentum si sociata virum.

EX

FARRAGO.

EX I. HESIODI

Ἐργων ἡμερῶν.

IOACHIMO HOFMANNO VRATIS.

Vicini inuidia vicinus flagrat, acervo
Quando laborantis crescere cernit opes.
Et figulo figulus, fabro faber inuidet, odit
Mendicis solitum vocæ rogare cibos.
Tu quoq; cui dictant iuuenilia carmina Musa,
Profer, an haud carpas æmulus arte parem?

NICOLAO RHEDINGERO. F.

Temporis angusti ratio, febrisq; maligna,
Quæ mea, quæ socij pascitur ossa mei :
Suadet opem implorare tuam, post Numina primam,
Cum speranda mihi non aliunde salus.
Ergo facultatum cum non tibi copia desit,
Longius afflictum durus egere, caue.

IN MERETRICVM

sectatores, Problema Alciati.

M. ERASMO HEUGELIO
contubernali.

Cernis, ut in solio subnixæ recumbat, amore
Dementare suo femina docta viros.
Quam circum diuersa cubant portenta ferarum,
Ex homine in facies carmine versa nouas.

A 5

Scilicet

EPIGRAMMATVM

Scilicet in mores, abeunt plerumq; feroces,
Cura meretricis est quibus vna sequi.
Ille libidinibus resolutus, transit in hircum,
Ille voluptatum seruus, in ora suis.
Hic furij ardens, communia multa leoni,
Iste lupo rabido, sanguine letus, habet.
Inuidus & mordax alius canis induit artus,
Vt alius tumido murmur ab ore ciet.
Præterea & si quæ brutorum nomina restant,
Cuncta subobscœnis congrua dico vitiis.
Quisquis es, in numero nomen profiterier isto
Qui fugis, ò longè sis ab amore lupæ.
Illa tibi mentem, mentem rapit illa: bonisq;
Omnibus exutum priuat honore simul.
Priuat amicorum studijs, ipsaq; salute,
Et vacuum tandem cogit abire foras.

JNHEDERAM

ALCIATI.

ERASMO KOSLERO, BO
russo, VViteberga iterum discessurus.
Anno 73. Febr. VI.

Flexibiles hedera dempto ceu sine virescunt:
Fama Poëtarum sic diuturna viget.
Vt tamen hæ nequeunt se vertice tollere ad auras
Æthereas, fulcri quando leuamen abest:
Sic etiam adspirant incassum ad magna Poëtæ,
Quando patronorum destituuntur ope.

IN

FARRAGO.

JNEMBLEMA

Sambuci. Quot Capita, tot sensus.

GEORGIO FABRO VRATISL.

Parce, precor, ridere alium, qui plurimus vni
Præ multis studio deditus esse solet.
Sic quemuis sua fata trahunt: sequimurq; tenaces
Insita naturæ semina quisq; sua.
Me quoq; delectat, tibi fors inuisa Poësis,
Quæq; tibi volupe est res, mihi grata minis,

M. IOHANNI KOLBEL
Austriaco. Anno eod. Iulij XXII.

Testium ab ALBenti iam iamq; CALAGIUS
Ista profecturus signa relinquo mei. (vibe
PROCOPIO EICHEL VRATISL.

Cum tentanda mihi fuga tertia, & vltima for-
Omnis amicorum turba relicta vale. (san.

IN SAMBVCI E M-

blema: Duce Fortuna.

PHILIPPO RVHELIO
Francofurt.

Me quamuis cæca grauis inclementia Divæ
Mergere dicatur penè sub ima Scygis.

Duis

EPIGRAMMATVM
Ditis in electu quod capsa, et pauperis, istam
Cecus et ignarus corripuisse putor.
Nil tamen est fortuna mihi, nil Stoica fata:
Nititur in solo spes mea fixa DEO.
Qui pressum mersumq; luto ad maiora leuabit.
Quando voluntatis venerit hora sua.

COMMENSALIBVS

Anno eodem, XXVII. Octobris.

ECce mei quarto, patria tellure reuersus,
Reddor inoblitis, oraq; nota fero.
Quaritis, hancne diu sim cunctaturus in urbe?
Effugij ab mensis sextus, opinor, erit.

IN ISDEM.

Anno 74. Martij VIII.

Vix, ab vix vobis ceptaram ferre salutem,
Cum subito cogor dicere triste vale.
Casibus o quisquam est unquam peioribus actus?
Contra fata miser neclere quero moras.
Sed cedo dubius, quas dilapsurus in oras,
Fas sit vbi errantem sustinuisse gradum.
In patria vix spero locum: Restabit egenti
SARmatia, aut tellus barbara si qua propè est.

POLO-

FARRAGO.
POLONIS NOBILIBVS.

Anni eiusdem April. III.

IPse docendus adhuc, venio docturus, Amici,
Et quasi ducturus corda tenella manu,
Ergo iuuentutem vestram submittere cura
Ac fidei, longum ne dubitate, mea.
Quod forsán natura mihi negat inuida, solers
Id labor et studium reddere molle potest.

IN FESTO DIVI

Martini Episcopi.

TRiplice Martini celebratur munere Festum,
Ansere pinguidulo, cornibus, atq; mero.

IN EFFIGIEM

MARTINI HELVICII, F.

HELVIGII properata patris post fata, superstes
Progenies natu maxima, talis erat.

EXHORATIONE ODA

Lib. 2.

SItibi nunc fortuna minus fauet aqua, futuram
Assidue in tali ne tibi finge statu.

Suscitao

EPIGRAMMATVM

Suscitat interdum cithara resonante tacentem
Musam, nec nervos semper Apollo trahit

A M I C O.

Quid inuat ingennas caput erexisse per artes,
Cum sit virtuti rarus in Orbe locus?
Alget in aeternum Musarum castra sequutus:

Floret, adulandi qui bene nouit iter.
Blanditias mollesq; preces tentare recuses,
Si vel in extremos sis remouendus agros.

MICHAELI VVISNERO,
communis consolationis ergo.

Cum Christus, Matris vixdū progressus ab aluo,
In Pharon è Patria cesserit exul humo:
Nos etiam eiectos patria tellure, ferenda
Ad mala non pauidum pectus habere, deceta
Tempus erit, quando dubijs in prospera uersis,
Illius exemplo fas reuocare gradum.

IOHANNI KIERSINSKI.

Innumeros fecunda creat GERMANIA vates:
Omnibus attribui par honor unde nequit.
Terra IAGELLONVM est illis minus aqua ferendis?

Atq; ideo, si quem forsan adeptus, fouet.
IANITIVM complexa suum est, caeloq; locasset
Euinctum lauri tempora prima comis:

Inuidit fortuna bonum, iuuenisq; futuri
LACHLADVM lumen, rupit iniqua dies

Quos

FARRAGO.

Quos illi demptos, ab primo in limine vita,
Fatales glomerent ad tua pensa dea.
Versibus idcirco & titulis claresce, IOHANNES,
Dum modò discipulum te fateare meum.

MAGNIFICO IUVENI
IOHANNI TOMITZKI.

Poscere parua pudet: Neq; enim nunc magna ro-
Est opus: inualidus languida mēbra traho. (garr)
Quaeso parum vini, cum Vico gutta nec vna
Insit, ut hoc hausto debile corpus alam.

DE MORTIS

(ut vocant) Dominica. Ex Vratislavia
descriptione.

Priscus eo asseruatus adhuc mos durat ab auo;
Quòd decimo quartoq; die, festum ante profecti
Fatales CHRISTI Solymas ad flagra, quorannis
Densa puellorum sexus utriusq; caterua
Per pagos vrbesq;, palam, latero obsita panno
Fixaq; torre gerens portis bipatentibus offert
Ora figurarum, pulsa sub nomine Mortis,
Inq; suburbanas rapit immersanda paludes.

EX EADEM.

Superioris seculi indocti: & Poëseos
afflicta iam, deploratio.

Qua cursus memorada tui monumēta supersunt,
Tot seclis frustra absumptis? O decolor aetas,
Redde

EPIGRAMMATVM

Redde Duces, redde acta Ducū, queis floruit Orbis,
Te florente, nec illa libris tradenda notante,
Absorbente tamen cum villis oppida, regna:
Redde bona attenuata, Duces & redde, latentes
Ob culpam scelerosa tuam. Si fausta sibi illis
Me matris Lucina mea eduxisset ab aluo,
Et studio hoc, frigente nimis iam, armasset, iniquis
Occiduam satis misissem in secula famam:
Nec Patria extorem, pubisq; effrana ferentem
Obsequia enixè, tellus externa teneret.

DE LAVDE ZITHI.

Ex eadem.

Subter in immani triplicis testudinis arcu
Somne propinatur potus genus, optimus in quo
Suidnicus longè, me vano haud iudice, præstat.
Te tamen ô SCËPSI, excepto. Nam cætera vima
Vt Nectâr cæleste sua dulcedine vincit:
Sic probitate tua victor de potibus Orbis,
Triticea & lupuli coctis è messe, triumphas.
Te penes, in Patria liceat modò figere sedem,
Ac vitam exiguo contentam degere, staret
Hoc quicquid misera superest, effundere vitæ:
Vellet idem studijs certantibus accola quiuvis.
Quid? quòd amore tui confinis SARmata merces
Importes varias, non digressurus inanis,
Teq; reuerturus, media vix parte relicta?

Te,

FARRAGO.

Te, modò durares gemina per cornua Luna,
SVEVVS, odoratum vinum arbitratus, amaret,
Atq; reportatum MORAVVS, FRANEVSq; venires,
Contempto patriæ dulci telluris honore.
Haurirent rigidi te SAXONES ore bibaci,
PARXONES, atq; obitus spectat quicumq; vel ortus,
Vi bis centum alius caupones posceret usus.
Vah quoties coctura tui similem oppida potum,
Materie hinc omni, famuliq; undiq; petitis,
(Ridiculū) sine successu sumere laborem.
Non quæuis fert terra merum: tantummodò ARES
SCËPSIVS indultus cælesti munere, cessit. (Læ

ANGELI NON

adorandi.

Cœtibus Angelicis nullum tribuamus honore.
Quem sibi maiestas vendicat alma DEI.

IN EFFIGIEM IACOBI SCHOLII.

BIs denos SCHOLIUS septemq; peregerat annos,
Fronis & hac forma conspiciendus erat.

VITRO GEORGII Cauponis inustum.

Pistrin ut edomuit mucrone GEORGIVS, haustu
Sic Vitrum bux vacuans tu quicq; victor eris.

B

IN

EPIGRAMMATVM
INSCRIPTVM

Munusculo.

Accipe quæsitum lusu, castissima virgo,
Munus, & hoc propter me patienter ama.

IN DISCIPVLVM
importuno matrimonio se implicantem.

Quid iuuenis vesane facis? Submittis iniquo
Libera sicne tori iam tua colla iugo?

Coniugium res dulcis, ais. Non improbo factum,
Dummodò legitimum sit licitumq; tibi.

Addideras equidem patri, matriq; mihiq;
Spem bene virtutum mentis amantis opes:
At tria transgressus quinquennia, sædus inibis
Cum tibi cognata connubiale puer.

Forfan & illa dies erit, ut malè conscius ausi,
Coniuge deserta miles in arma ruas.

PATRIÆ DESIDE-

ratissima restitutus. Anno Christi 76.

Octob. XXIX.

Iam tandem voti mihi, PATRIA chara, potenti,
Iam datur in gremio delituisse tuo:

Postq; tot arumnas aduersorumq; pauores,
Corda iuuentutis flectere voce tua.

Asf

FARRAGO.

Asf ego, placatis Superis prece, præmia gratis
Quæ tibi sat tali munere digna, feram?

Si mediter, partesq; simul conuertar in omnes,
Ac memet modulo metiar ipse meo:

Novero, mecum habitans, artis quam curta supellex,
Quamq; sit ingenij frigida vena mei.

Quo vigeo, deuotum animum tibi sæpè, pacifcor,
Cumq; laborifera sedulitate fidem.

IN GIGANTES

Atq; Aquilam Porta, Arcusue triumphalis,
DIVO RODVLPHO II, Imperatoris

erecti Vratislavia, Anno 77.

Mense Martio.

Aspicis, ut gemini stellantur vtring Gigantes
Sicut adorantes CÆSARIS ora sui.

Cernis, ut expansis Volucer Iouis increpat alis?
Dixeris Architecæ suæ Myronis opus.

Quò non ars penetrat? Te præside, et auspice, CÆSAR,
Æmula ceptarint saxa vel ipsa loqui.

IN GLOBVM ET

Indicem alterius turrium ad D. MARIÆ

Magdalena, rabie ventorum deturba-
tos, Anno 77, Decem. XII, noctu.

Celsa susurrantis moles vi vapulat Austri:
Parua patrocinio stat casa tuta suo.

B 2

Mira

EPIGRAMMATVM

Mira DEI bonitas: quod cum profernere posset
 Pondere vicinas lapsa ruina domos:
 Vix aliquot lateres substrati innoxia tecti
 Comminuit, casus excipiente DEO.

GODFRIDO VTHMANNO
 Patricio Vratislaviensi.

INGENIOSUS ut ad segetes cum faenore magno,
 Et sterilis parco semina reddit ager:
 Sic magnis opulenta ferunt quoque munera magni,
 Atque inopes fidei pignora parua sue.
 Ergo locupletes, GODFRIDE, ingentia posce
 Dona: det ANDREAS nil nisi carmen iners.
 Fors aderit tempus, sacro cum fortior aestro,
 Tam tibi, quam Fratri premia magna feret.
 Quando nouenarum correpti ardore Sororum,
 Orbis in insignes ibitis arte Scholas.

IN ILLUSTRIS FA-
 milia Dn. Dn. OPOLINSKI
 insignia.

Magna procellosis ceu navis fluitibus obstat,
 Atque necaturis altior extat aquis.
 Sic huius Generis series illustris, in acri
 Gente Polonorum stemmate prima viget.
 HIE-

FARRAGO.

HIERONYMO ARCONATO,
 Leorino, Poëta saceto.

QVOD coenam dederis mihi placentem:
 Quod mecum plateas fere per omnes
 Hesternam fueris die vagatus:
 Et quod lampade praevia, domum me
 Tu deduxeris ipsemet, profunda
 Iam iam nocte, cadentibusque stellis:
 Ingentes tibi gratias ago. Sed,
 O fratris velut instar, ARCONATE,
 Quod potu nimio meum grauariis
 Infirmitate caput, ut referre possim,
 Quamprimum ratione qua, studebo.

DISTICHON ADSCRIPTVM
 parieti, in quodam schola Reichs-
 stenensis cubiculo.

REICHSTENIUM veni, dulcem visuras Amicum:
 Ultima quod vita linea penè fuit.
 IBIDEM.

Qui freta, qui terras, qui caelos concutis, & quid
 Mirus es in factis, Conditor alme, tuis.
 Per te vina cadunt, per te morientia surgunt:
 Quod spero & spero, muneris omne tui est.
 IN EQUVM INTER VIAS
 collapsum.

Cum Dominum morbo premeretur equusque latenti,
 Praeslitit hunc, illo non obeunte, mori.

EPIGRAMMATVM
EIVSDEM EPITAPHION.

HOc tumulo infelicis Equi nuda ossa teguntur:
Diripuere canes viscera, cerdo cutem.

IPSE EQVVS DE SE.

Ruricola festum geniale agitante, molossi
Quas caperent ebulas, mors nisi certa mihi?
IN VIRGINIS VRATISLAVI
ensis picturam, MATTHÆO ER-
MERICO, Leorino, memoria ergò.

Qua forma cunctas praestante SILESIVAS extant,
BRESLA puellarum nobilis vna grege est.
Exuperant, fateor: nec vulgat vana per vrbes
Fama, quod hinc caelebs rarus abire queat.
At subdura bona coniuncta superbia forma,
Et lingua mens est dissona saepe sua.

Quid refert? non Dives opum, non Regia Virgo:
Coniugium felix nupta pudica facit.
Nec velit vna, volent centum, quas ducere nolis:
Si mereor, sponsam da DEVS alme Probam.

IN CIVIS FOEMINÆ

effigiem, penicillo & coloribus pictoris
expressam.

HIERONYMO ARCONATO,
memoria ergò.

HOc spectanda habitu tenera, quas aurea BRESLA
Lumen habet, ciues Tempia forumq; petunt.
Fasciculos

FARRAGO.

Fasciculos olerum & florum quæ moribus insert,
Lenta suburbano Villica rure venit.

†

Matrona hæc facies, hic est vestitus honesta,
Iuncta tribunatio quæ solet esse viro.

EIDEM.

Nite tam vehementer, ARCONATE,
Et plus luminibus meis amarem,

Vltro es Superos tibi precarer:

Quid facta memor allocutionis,

Ad doctum SCHOLIUM, tuum, meumq;

Hesterna hendecasyllabos dedisti

Aurora lepidos nec infacetos.

Quis rides solita procaritate,

Et me ludificaris, inter omnes

Quotquot temporibus fuere priscis

Vates, Virgilio quod eminenti,

Vel contra trutinam eruditiorum,

Nostro iudicio proteruiore,

Succedat propè Statius sonorus.

Affermo, nec adhuc nego, Maronem

Quod magni faciam, legamq; sapè,

Facundum, facilem, patremq; linguæ

Romana: Sed eo parum remoto,

Cur non detineat meos ocellos

Lucani graue Statijue carmen?

Praesertim pede scriptitare magno

Si quiddam inbecant novem Sorores,

B 4

Sic

EPIGRAMMATVM

Sic tu, nequitijs iocosq; trahans
 Festiuis salibus, legis Catullus
 Quicquid ludit, agiq; Martialis,
 Nugarum (reor) optimi magistri.
 Nam nec sesqui, edalibus tumescunt
 Ampullis numeri mei (rotundum
 Quantumuis studeam sonansq; carmen
 Deduxisse) nec Oedipum requirunt:
 Sed riuus tenerum fluentis instar
 Per gramen, pedibus feruntur equis.
 Quod verum experire, mitto laudes
 Complexum Patria mea poema.

EIDEM VIENNAM

ITVRO.

QVis tam prapropere vocat Sodalem,
 Dilectum mihi penè fratris instar,
 In terras alio sub axe, casus?
 Erratum satis arbitrarer ante,
 Aspectis populis tot, urbibusq;
 Quot tellure marisq; vix obiuit
 Lustris Icarij Gener duobus.
 Primaui (memini) tibi sub annis
 Gentis Sarmaticæ reuisus orbis,
 Et nostræ. Latium, grauemq; Romam,
 Ac plebis Venetæ domus beatas
 Nil lustrasse fuit: Iouis sepulcro

Si

FARRAGO.

Si non Creta foret petita mendax,
 Extremiq; hominum ferè Britanni.
 Ex quo multiplicis soni loquelam
 Et rerum varium rependis usum,
 Non circa dubium tamen fauorem
 Fortuna. Faciant dii, secundum
 Oceptes iter, Austriam petendo:
 Ac tandem patriæ relatus ora,
 Votum ingens Monica tua, parenti,
 Et nobis reditu tuo beatis,
 Erranti statuas modum labori.

EIDEM.

SI, qui non studio, sed inscianter,
 Aut prudens etiam, parùm peregit
 Delicti, veniam meretur orans:
 Cur fasso tenuem oscitationem,
 Dum non officij vices rependo,
 Condonare mihi, Arconate, nolis?
 Huic ignosce moræ, cauebo posthac,
 Vt nunquam merear reles vocari:
 Expleboq; molestus obruendo
 Te scriptis Epigrammaticisq; nostris.
 Sed quantum patietur hocce tempus,
 Quod nunc omne ferè, meum libellum
 (Scis vocum chaos et locutionum.)
 Mittendum ora per erudita vulgi,
 Sub limam decies suam vocando,

B 5

Scriben-

EPIGRAMMATVM

Scribendogq; decentibus figuris,
 Absumo: Breuis cui, nec inuenustum
 Præludas epigramma comprecanti.
 Orat carminibus suis idipsum
 ETZLERVS deus vtriusq; nostrum,
 Id prastabis, & ocyus remittes.

IN M. LEONHARTI ETZLERI
 Vratisl. Poëmata.

ALBIS arenosas tua dum stagnantis ad vndas
 Vina iuuentutem vox regit arte rudem:
 Innumeros quog; mille locis simul, Orbis in oras
 Missa peregrinas, carmina culta docent.
 Nec tam VVITTERBERGA polo celebrata, superbit
 Nomine, quam felix Patria, BRESLA, tuo.
 Perge Dei laudes, ETZLERE, intexere versu:
 Est pius & iustus scribere sacra, labor.

IN EFFIGIEM

Imperatoris.

MAXIMVS ÆMILIANVS iter cum mortis adisset,
 Casarum excepit iure ROBVLTHVS omis.
 Quippe salutari moderamine PANNONIA sceptra,
 Atq; Bohemorum, regna paterna, tenet.
 Aspira DEVS, arte toga seu consulat Orbi:
 In Manometigenas seu ferat arma Getas.

IN

FARRAGO.

IN BARTHOLOMÆI MANDE-
 ly, Magistri ad S. Matthiam, insignia.

VT Ioseph fratrum culmos in imagine somni
 Vidit adorantum flectere more caput:
 Post ipsos quog; sustinuit, malè venditus olim,
 Ante suos flexo poplite stare pedes:
 Hac ratione tuas multi mirantur aristas,
 Digne Magisterij BARTHOLOMÆE loco,
 Magna gerit per parua Deus: Quis credat ab agnitis
 Ad regni quenquam posse venire decus?
 Dent longos tibi fata dies, & deinde sinistra
 Omnis haud aliquid fors dubitata ferat,
 IN IOHANNIS CYRI, AD
 S. Vincent. Abbatis, insignia.

AVTEUS ut latum collustrans Cynthia Orbem,
 Obscurat radijs sidera cuncta suis:
 Vtq; sagitta volans per ventos concita neruo
 Fortiter adducto, vulnere certa facit:
 Sic CTRI irradiat facunda oratio Reges,
 Magnorumq; Ducum fortia corda ferit,
 Quando super regnis tranquilla in pace tenendis,
 Munere Casareo nuncius ire solet.

IN EFFIGIEM
 CASPARIS PAKISCH,
 Medicina Doctoris.

SIC oculos, ubi lustra nouem complerat & annum
 CASTAR, Apollinea clarus ab arte, pulit.

IN

EPIGRAMMATVM
IN CONIVGEM
EIVSDEM.

Specta HELENA, quæ viua Viro defunctaq̃,
Illibata tori fœdera, chara fuit. (propter

IN SECVNDIS

Davidis Christi anni Vratislaviensis, &
SVS ANNÆ Hippandra nuptijs.

Consortem thalami lecture, preceris oportet:
Quod DEVS hoc merito poscat honore colis.

Exoratus enim fidam largitur: & æquus
Cladis inhorruerit si genus, omne leuat.

Vt geminus coniunx dicescat prole, datæq̃
Lucis inoffensos sentiat ire dies.

Id votum firma, alme De vs, dum fœdera DAVID
Altera connubij, te mediante, parat.

IACOBO SCHOLIO.

Cannabe de torta, calamoq̃ aut caule, vel ipso
Sortitus culmo nomen, Anice, quis est?

Scilicet ille Senex, cui fallax Alea palmam
Præbet, is heu miserum me quoq̃ vicit heri.

Servitio sed eo mihi rursum elabier, Anser
Corporis haud macri versus in igne dabit.

Quem si tu nobiscum inhias deglubere, quinta
Quando propinquabit nos fac adire velis.

Fors erimus plures, quorum incunda futura
Consuetudo, reor, nec sine melle ioci.

SPON-

FARRAGO.
SPONSIS.

Legitimum quicumq̃, torum venabitur, eius
Nouerit Autorem ritè timere DEVM.
Is fidam castamq̃ dabit dubio absq̃, maritam,
Curriculum felix, nec sine prole domum.

IN TVRRIS ALTERI-

us ad D. MARIÆ Magdalena Globum &
Indicem ventorum vi deiectos, Anno 80.
Decemb. XXVII, noctu inter
11. & 12, horam.

Quid reat hoc portare noui? Triet eridis orbis,
Cumq̃, tribus bis sex præterière dies:
Quando globum æriumq̃, apicem simul altera turris
Magdalidos, Boreæ turbine nuda stetit.
Altera nunc etiam truncata videtur ipsdem,
Lustra superpositis, ceu liques, ante tria.
Sit caussa quidcumq̃, velit: Quæ vertice pulsant
Astra, patent ventis, inferiora latent.

PAVLO HESSO MEDICO.

Exiguum, Vir magne, tibi transmitto libellum,
Quod patris ille tui nomina fronte gerat.
Accipe pacato (si qua est ea gratia) vultu,
Quaq̃, faues doctis, mi quoq̃, mente faue.
Laurigero mox tempus erit cum fortior oestro,
Nunc libata, dehinc vberiora canam.

NICO-

EPIGRAMMATVM
NICOLAO RHEDINGERO
Patricio.

Suggestum quo pingo nouum, cum fortè per aures
Vir praeclare tuas carmen ijsse putem:
Vt facilem experiar, te commendante, Senatum,
Proq; meis studijs verba ferente, rogo.
Sic tibi det Nuptaq; tua decurrere meta
Fœdus inoffensa coniugiale, DEVS.
Sic Truina decimum mensem accelerante, pufillus
Nicetos faciem vagiat ante tuam.

MAGNIFICO VIRO,
IOHANNI à PUPPSCHITZ. Et.

ME Litauum mores studijs formante Baronum
Vnicus exactis mensibus annus ij.
Ad mensam Abbatis Cyri dulcedine lingue
Quando stup ebamus, Vir Generose, tue.
Mirati ingenium, et diuitas virtutibus artes,
Pectora Nobilium quæ modò rara rigant.
Auribus arreptis, animisq; fauentibus omnes
Sæpè sedebamus, te peragente sonos.
Artuertente etiam fixam ipso Antislite mentem,
Iucundum Pylj mel superante Senis.
Vnde iuuentutis primæuo in flore liquebat,
Tèmpora te studijs multa dedisse bonis.
Ac penitus regione vias iuisse remotas:
Nunc quoq; doctorum voce librisq; capi.

Fretus

FARRAGO.

Fretus eo candore, nouum hoc, sed inutile forsàn.
Excutiendum oculis mitto pœma tuis.

IOHANNI HERMANNO,
Medico.

QValia tu reddis, Vir praestantis, talia cunctis
Carmine pro misso si tibi dona darent:
Haud malè triuissim pangendo tempus eodem,
Iamq; suburbanum rus mihi penè foret.
Nil metuens profernar ubi viridante sub umbra,
Carmine cunctantem surripiente diem.
Nunc sed adulandi doctos, et inausa professos,
Posthabitis longè Varibus, omnis amat.
Vos tamèn illorum pauci deprenditis usum,
Et quacung; datur fortè, leuatis ope.
Ergò bonam famam cognato aequatis Olympo.
Interea ad tenebras Diuis eunte Mida.

DANIELI RAPOLDO
Iurisconsulto.

QVanta rependisti cum fauore pramìa, cunctis
Si mihi pro tenui carmine tanta ferant:
Carmen ubi decies castigem solus ad unguem,
Cras mihi rus tuta dulce sub urbe foret.
Sed modò laudantur, lusa mercede, Camæna:
Nomen inextinctum defluat inde licet.

Quo

EPIGRAMMATVM

Quo siquidem gaudes, ô vir dignissime laude,
Hoc Epigramma lubens illius instar habe.
Plura dabo, cum ferre sinet permissa potestas:
Opto tibi reddant fata benigna vicem.

MARTINO SCHILLING
Patricio.

PRæsulis aureolum MARTINI nomen habentem,
O MARTINE, memor te tribuente fero:
Argumentum ingens non vanescentis amoris,
Atq; poematio maius inerte decus.
Quippe foret lapsis huc usq; diebus ab omni
Munus Amicorum si mihi tale datum:
Iam mea Pannonios auro rutilante trecentos
Pauper massuetas arca superet opes.
Haud tamen mereâ, penitus cessantibus illis,
Sperno voluntatis conscia signa bonæ.
Verba ferunt fido de corde profecta salutem:
Et magis argento gratia sæpè iuuat.
Tu, Vir laude potens, præstare videris utrumq;
Ergò mihi duplici nomine charus eris.
Immeat vobis illa dies, qua munere diuinum
Ibi in amplexus Nuptia petita tuos:
Ac dicam ietum vestres Hymenæon ad ignes,
Patra, q; dabo carmina digna toro.
Nunc ab amante tui, pro munere amantiore auræ
Istud mauratum munus, habeto librum.

AMI.

FARRAGO.
AMICO.

SI librum, vir doctè, cupis retinere, quod ante
Adscripsi precium, quaeso remitte mihi.

AGATHOCLES.

HIEREMIAE KVNIZIO.

Fortuna momenta timens, licet ardua captam,
Exiliq; feram nomen in astra loco:
Magna animum virtute tamen compecco proteruli,
Ne si quando ruam, me viguisse querar.

IN CLYPEVM ET SYMBOLON,
Dn. ANDREÆ REVS &c. Ad
fuit, adieritq; DEVS.

RVSsus ut inturuo metuendus Acinace, turmas
Iruat, & claua proxima quaq; premit:
Sic Patriæ decus ANDREAS KEVS, iura fauore
Numinis & lingua litigiosa domat.

ALIVD.

RVSsus in arma ruens, Clauâ, sibi numen, et enseni
Aduocat, hincq; furens agmina sternit humis.
Ast ea non rabies, KEVSSI, est tibi: cuius agenda
Adfuit aspirans, est, adieritq; DEVS.

C

GEMI.

EPIGRAMMATVM
GEMINIS SVIS

primogenitis, Anno 82.
Februa, VIII. & IX.

Sicne gemellipara, soboles mea, matris abortu,
Sicne moras uteri soluitis ante diem?
Sanè ego iam cunas vobis cultusq, parenti
Gaudia fingebam deliciasq, mibi.

ANDREA tibi nomen erat, tibi MARTHA futurum.
Et fuit: ab præceps quam fuit illud erat.

Me tamen hoc solor, sacro quod flumine loci
Vivitis & patrem luditis ante DEVM.

Ite breues Anima, fratres dein atq, sorores
Sapè supergenitos is velit esse super.

IN SYMBOLVM
GEORGII HOENICAVI, SECRE-
tarij Camera Imperialis Silesiaca,
DEVS PROVIDEBIT.

Pulchrum illud tibi semper, HOENICHOVI,
In blando fuit ore: PROVIDEBIT.

Qui convexa DEVS gubernat astra.
Immutabilis ista non fefellit
Expectatio Providentiæ te:
Quando nunc in ea tibi beato
Acquiescere contigit supernè.

A L I V D.

ÆMILIUS Genitor quod Maximus ille Rudolphi
Symbolon egregium gessit in ore suo:

Illud

FARRAGO.

Illud idem fuit vsq, tibi commune, GEORGI,
Vota capessendo dum rata ferre datum est.

VIsurumne DAM porro, velut antè, GEORGI,
Obdurasse tuo semper in ore, doles?

Vix reor: Illa tui certè spes credula voti,
Quamvis sera, tamen non peritura fuit.

A L I V D.

Mente DEI demissa fluent mea fata GEORGI,
Crebrius arumna vox fuit una tua.

Quis potuit, quaeso, te verior augur haberi?
Commodiore frui iam tibi sorte datur.

A L I V D.

Semper in ore tibi fuit illud dulce, GEORGI:
Nostra regit, rexit fata, vegetq, DEVS.

Haud equidem certum præsagæ lusit, opinor,
Augurium mentis spes animosa tua.

Munere Casareo cum plenus honoris, in illa
Experire tuos molliter ire dies.

A L I V D. (multum,

NOA frustra ingemians HENICHOVI amplissime,
PROVDET ipse DEVS PROQ,VIDEBIT, ais:

Cum parto fulgere tibi permittat honore:
Mox idem socio faxit amore capi.

IN ADRIANI IVNII E-
blema: IMPVNITAS ferocia parens,

MARTINO KORSINSKI,
Equiti Polono.

Improbis haud metuit mus capto illudere feli:
Musca quiescentis fronte prætèrna sedet.

C 2

Extincto

EPIGRAMMATVM

Extincto barbam vellit lepus ore leoni:
Sibilat & tremulis praua iuuenta Senes.
Amplius audebit scelerata licentia, buccia
Ni praefixa suis dura capistra sciat.

IN ALCIATI EMBLEMA:

Iusta vindicta.

ANDREÆ KORSINSKI.

Q Vem nihil, irrisis Superis, Polypheme timebas,
Is tibi fronte cadens lumen hiante rapit.
Vincit suadendo, quisquis non vincit agendo:
Impius vltiorem temnere parce DEVM.

IN EIVSDEM HEDERAM, ANDREÆ ROSARIO CRACOVIAN.

FLEXIBILES errant hedera mea tempora circum,
Dum meus in pubis puluere sudat equus.
At nostra melior quos sps respectat, inumbret
Laurus odoratis ambitiosa comis.
Dij requiem, Dij fausta mihi dent tempora vita,
Atq; suburbani iugera pauca soli:
Forsitan illam etiam audenti sperare licebit:
Nunc quò fata trabunt me, retrahuntq; sequor.

IACOBO SCHOLIO.

T Vbis, odontalgia, grauedo, catharrus, & aeris
Ophthalmia; noua quæ luis instar habent:
Iamq; sub hoc vernum tempus per compita serpunt
Cuncta fero, mise rum me quosq; parte premunt
Præcipue

FARRAGO.

Præcipue cuius iam alijs laui igneus ardor
Luminis, haud unquam cognitus antè mihi.
Ergò tremiscentem radios, odiosa iocando
Tempora triturus, vise Iacobe precor.
Præse veni, agrestes sed cornaturus anates,
Munera inutiliter diuite missa lacu.
Haud plures adsciscam alios: solummodò mecum
NATIVS atq; Faber Bartholomæus erunt.

FRIDERICO NITIO.

IN tenebris umbraq; necis, FRIDERICÆ, sedentem
ANDREAM agrum oculis visere quæso velis,
Si miserum Thamyram non picta tabella inuârit,
Alea fortassis blanda inuare potest.

BARTHOL. FABRICIO.

Q Vaso locuturus simul & lusus adesto;
Dum feruore mihi pupula lasa rubet,

DE TRIPLICI

Atq; inuersa Iride: Anno 82. April. XIII.
Paschatos parasceue, manè visa,
pareliorum specie.

AD NICOL. RHEDING.

Q Væ bibat Iris aquas, nimbis alimèta futuris,
Quæq; repercusso nubila Sule notet:

EPIGRAMMATVM

*Viq̄ vias longe porrecta per aëris, arcum
 Ingentem Zona versicolore trahat.
 Longius edocuisse solent, ratione sagaci
 Est quibus in superas scandere cura domos.
 Hæreo suspensus, quidnam portendere dicam
 Eius, inexpertum forsitan antè, situm.
 Nam siquidem inclinans terra sua cornua, nubis
 Rara resurgentis lumine dupla, rubet:
 Subtexente polum non vlla nube, videre
 Vnde supinatam tergeminaq̄, licet?
 Nimirum inuertente hominum se more, remissa
 Fœdere natura, vertitur ordo retrò.
 Iuro (omen procul esto procul) mala si sine fine
 Facta cupiuerimus multiplicare malis:
 Ipse fidem rerum laxans, compage soluta,
 Miscebit summis arbiter ima DEVS:
 Fœderis antiqui non immemor, Iridis arcum
 Sponsorem venia qui per inane locat.
 Signa monent homines, et tristia sæpè mimantur:
 Si metuenda tamen pessima, CHRISTE veni:
 Et bonus innumeris fatorum casibus actos,
 Parta tuis meritis transfer in astra Pios.
 INCHRISTOLVM SVO
 se iugulantem cultro, in ipso templo.
 Non bend tam sancti mensuram nominis implet
 CHRISTOLE, cum propria conficiare manu.
 Tunè Redemptoris merito sic niteris amens,
 Pectora si culpæ conscia fortè geris?*

Sicne

FARRAGO.

*Sicne repensuris votisq̄ DEOq̄, relinquis
 Pendet in ambiguo si tua causa foro?
 Haud ita submissis oculis Sons Numina supplex
 Ille precabatur lapsibus aqua suis.
 Haud ita lite super (Christo dicente) marito
 Orba querebatur Iudicis illa moram.
 Nec tibi rescindis luctantia guttura cultro,
 Nec sacra commaculas sanguine templa tuo:
 Tristia cum fremitu subiturus tartara, Vita
 Cæcus ad æterna gaudia rumpis iter,
 Viue DEO, litesq̄ fori fuge cautus et insons,
 Fine bono vitam claudere quisquis amat.
 IOHANNI HAVPTMAIERO,
 & SABINÆ Czekorn, Sponsis.
 VEsceris at herea quisquis iam grandior aura,
 Hac age te natum conditione scias:
 Non vt delicijs, vetitaq̄ libidine quouis
 Tempore pro libitu luxuriere tuo:
 Sed positis vitijs, precibusq̄ in vota vocato
 Numine, coniugio subdere colla pares.
 Præstet enim, Diuo PAVLO testante, iugandia
 Nubere, quam stimulo turpis amoris agi.
 Idq̄, diu versans matura mente, IOHANNES,
 Ponere vis iuuenis nomen, habere viri.
 Ergo etiam diuturna DEVS tua vota secundat,
 Et tibi speratam, gaudia summa, dicat:
 Insignem forma, pietate, et stirpe puellam,
 Atq̄ pudicitia nomine dulce decus.*

C 4

Idem

EPIGRAMMATVM

Idem Vos, opto, vitæ concorditer omnes
Non sine prole dies continuare velit.

IN MALEVOLVM.

CArmina proueniunt deducta valente cerebro.

Quando bonus vires spiritus intus agit.

At quid odontalgia, caput vertigine sufflans,

Docta paraturum concinuisse, sinat?

Dij faciant, hæc te totis inuadat habentis,

Excusata tibi qui minùs ista legis.

IN EVNDEM.

FRigeat hoc quòd carmen, ais: Mueris, Agaso,

Quòd narum in medio frigore, viuat adhuc.

IPSO EPIPHANIORVM DIE

AdD. CASPARVM PAKISCH,

Medicum.

QVos vocitat scriptura Magos, qui munera

Terna recès nato supplice corde ferūt: (Christo

Regi aurum, myrrhamq; homini, gentilis honorem

Mortis, & immenso tura Sabæa DEO:

Tres facit, & magna Reges de stirpe vetustas

Religiosa, vocans nomine quemq; suo.

Melchior insignem sceptro, secreta notantem

Caspar, adornantem Balibasar orsa, sonat:

Quòd prece, quòd precio, quòd honore, fauore, et amore

Horum, Religio prospera semper eget.

Tu, medij qui nomen habes, Vir clare, potenti

Funde, precor, mecum debita vota DEO.

Dira

FARRAGO.

Dira lues, maleuada fames, bellunq; eruentum

Sint procul, ac nostros pax beet alma lares.

Sapiùs & nobis sperantibus optima, fato

Iste reuoluatur candidiore dies.

MARTHÆ

Filiola secunda. Anno 83. Ian. 16.

Tu quoq; spem contra, subitò orbatu parentes,

Nasceris in fausta nocte dieq; cadis.

Qua fati vis tanta, precor? Sic lilia quondam

Florida luce nitent, marcida nocte iacent.

Vis ea vis mors est, peccato debita merces,

Qua manet infantes non minùs atq; senes.

Eius & impatiens impunè quis aspera questu

Audeat in iustum dicere verba DEVM.

IN HONOREM NATALIS

D. PAULI HESSI MEDICI.

PAuli clara dies plenum successibus annum,

Sanguineum ventis aspera Martis opus:

Imbribus aucta, famem: nebulis obscura niuosis

Creditur horrendam significare luem.

Omen id euentu nobis procul esse, precemur

PAVLIS: Lycaonias fert hodierna niues.

Moxq; eadem, ad medios operum veniente labores

Sole, serenatis nubibus alma nitet.

Ergò DEVS si quid delictis triste minatur,

Hoc tamen affectus temperat igne sui.

C 5

Et

EPIGRAMMATVM

Et melius simul esse, quis inficiabitur unquam,
Mansueta DOMINI procubuisse manu?

IN SAVLVM

minas spirantem.

Insidias Christi socijs molitus ex arma,
Fit subito Paulus, qui modo Saulus erat.
Quid mirare? suos indulgentissimus hostes
Ad meliora DEVS flectere sensa potest.

AD SCALAM IACOBEAM, SEV

Tabulam Epitaphij, nobilis iuuenis
IACOBI VTHMANNI.

Qui dormit, sensim moritur: longum aethere cassus
Stertit: at aeternum, qui bene vixit, erit.

Somni blanda quies est mors breuis, ipsaq; longus
Mors sopor: ast auum perpes utraq; caret.

Hac vita aut mors est, aut certe mortis imago:
Parta Redemptoris morte, perennis erit.

IN DAVIDIS SPO-
reri Anchoram.

VT cum diuersis venti duo partibus Orbis
Bella capeffentes, incubuere mari:

Et

FARRAGO.

Et motum sibi quisq; rapit de sedibus imis:
Interitūq; nihil certius esse patet:
Spes miseris nautis spondet suprema salutem,
Sistit ubi dubias anchora iacta rates:
Sic sola tantum freti spe, prendimus et nos
Tuta, procellarum vim cohibente DEO.

IN TEMPLENTVM

Verificatorem.

Pesiferam tua metra luem spirantia, si non
Dente Theonimo, sed laceraro manu:
Aut indigna legi piperisq; crociq; cucullus
Fecero: seu, nimum sed propè, lingua sile:
Qua tandem inuidia vindex me poena manebit?
Improbis idcirco Zoilus et quid ero?
Iamdudum metuo misero mihi flagra crucemq;
Iam mihi succidua contremuere nates.
Vis vel adorari, vel Homerus (opimor) haberi?
Non ego vinosum dignor honore virum.
Desinito exosis tua putida scripta, mimari
Helluo, si refugis notior esse gula.

PAVLO HESSO.

ÆDibus inclusus latito miser, arida morbo
Affligente graui corporis ossa mei.
Ergo Pontani mihi lecta poemata nondum,
Sive Bohuslai mitte Baronis opus.
Vt tempus non dulce teram: Properabo legendo,
Cras possim domino restituisse suo.

Est: m

EPIGRAMMATVM
E I D E M.

Montanum cupiens, Pontanum errore petitem
Post cras hesternum rursus abire sino.
Nunc quibus indigeo solis, Huttene, Mycille,
Aut Sambuce, tener sine Marulle veni.

IN IOVEM OLOREM,

MATRIS Amyclea gremio Saturnius, alio
Tectus olorumis, qui noua bella gerit:
Ostentantis auctum clypeo fulgente, leuemq;
In Venerem prouinciam Principis, instar habet.

MARTINO SCHILLING.

Serius, aeger adhuc depastis febre medullis,
Debita coniugio carmina mitto tuo.
Malo etenim seruare, licet non absq; periculo,
Quam temerare datam qua leuitate fidem.
Ergo ea si forsitan subsidunt poplite claudo,
Debilis id vitium corporis esse, puta.

IN DANIELIS

Quae suicij Symbolon: spes
altera vita.

Cum videas, si bruma rigens se Vere remittat,
Putria grana prius, flore virere nouo:
Cur non spem confusus alas, restare sepulto
Alterius vita gaudia certa tibi?

IN

FARRAGO.
IN CHRISTVM HVMANI
Generis redempti hostes calcantem.

Ad tabulam Epitaphij

MICHAELIS VIHMANNI.

Caelo, Erebo, terraq; potens Mediator, et anguis
Et Sathana, et mortis sub pede colla terit.

In Zacchariam Euangelicum.

Ignarus veri ante DEI Zaccharus, abunde
Iam sapit, inq; pios sponte profundit opes.

Epitaphium Prodigij.

Quasi struxi in glauie bona materna atq; paterna,
Ipsius haud Caez inferiora Midæ:
Hic iacco magna probrosa infamia stirpis,
Atq; omni careo mortis honore mea.
Diuitias reuerenter habe, virtutis amore
Sperne voluptates, et moriere pæ.

In Vredinem.

Dum sicca diu sitiunt vitio aëris arua,
Atq; homini victum denegat agra seges:
Quisq; potio pluuias vocat, arbitratus, hinc tam
Quæd casu irriguus deserat imber humum.
Quin sana magè mente DEI perpendimus iram,
Ob, cœlera atbereas impediens aquas?

IN

EPIGRAMMATVM
IN PLVVIAM SEROTINAM.

Sicca dehiscentes agros exusserat aëtas,
Quolibet horrendam permetuente famem:
Iamq̄ aliquis, seruans ingentes farris aceruos,
Pensabat digitis anxia lucra suis:
Cum DEVS admittens constantia vota piorum,
Feruentem in liquidas aëthera soluit aquas.
At laqueo à tigno, spe præda falsus inani
Ruffus Iudæus, colla supina ligat.

M. LEONHARDO ETZLERO
Decano, 15. August. Anno. 83.

Quis quondam non sponte mea his diuisus ab oris,
Conspetu carni fors duo lustra tuo:
En redco quinto, studij ambiturus honores,
Et peto congressum, colloquiumq̄ tuum.
Later at unde magis? vel quod coniungere dextras
Datur, & amplexu subbreuiore fini?
Vel quod in aduentu nostro, tibi filius infans
Fortè salutaris fontè lauetur aquæ?
Omen id esse velim: Primis constanter ab annis
Nos inter fratres gratia quanta fuit:
Tanta sit aeternum sobolem concordia nostram
Inter, & agnatus nexus, & una fides.
Ista quidem nunc orbis: opem sed spero Tonantis,
Qui prolem arbitrio datq̄ rapitq̄ suo.

FARRAGO.
FRIDERICO HOLSTEIN
competitori.

Quis, vita mihi chare magis FRIDERICE, putasset
Si dixisse tamen sic, sapientis erat:
Extorres olim patrijs sociosq̄ pericli
Sorte redonandos dexteriore focis?
Est equidem (moneo) quiddam conficere, benignè
Fata gubernantis munus id esse DEI.
Nec sat erat tibi pasci-hominum pia pectora Verbo,
Fruge Cleanthea pubis at ora mihi:
Ni postliminio velut emolumenta reuersis
Splendida doctrina det VITEBERGA decus.
Absit, honos hic extet onus: Patriæ utilis esto,
Atq̄ tua laudis seruiat, alme DV S.

FINIS.



LEIPZIG
VERLAG VON
H. W. F. SCHMIDT

Die Geschichte der
Königlichen
Bibliothek
zu Leipzig
von
H. W. F. Schmidt
Leipzig
1842



1842

















